

Justus Christoph Schomer

**Rector Universitatis Rostochiensis Iustus Christophorus Schomerus Theol. D. & P. P. Facultatis suae Senior & Decanus, Omnibus Academiae civibus Sanctam Quadragesimam Pro officii ratione publice indicit, & ad veram castamq[ue] eius observationem maiorem in modum hortatur [P. P. Sub Sigillo Rectorale Dom. Quinqagesima d. 26. Februarii, Anno 1688.]**

Rostochii: Weplingius, [1688]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742499537>

Druck Freier  Zugang









J. 512.

1688. Fasten.

~~M-1256~~<sup>62.</sup>



1688. 14

**RECTOR**  
**UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS**  
**JUSTUS CHRISTOPHO-**  
**RUS SCHOMERUS**



Mag. Theol. D. & P. P. Facultatis suæ  
Senior & Decanus,  
in omnibus Academia civibus

**SANCTAM**  
**QVADRA-**  
**GESIMAM**

*Pro officii ratione publicè indicit, & ad veram  
castamq, ejus observationem majorem in  
modum hortatur.*



**ROSTOCHII**  
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typog.

M-1256 52





Abitur fugax tempus, & dum anni  
circulum festis ecclesiæ distinguimus,  
quantâ pernicitate dies vitæ emeti-  
mur, in succedente sibi calendarii  
ordine observamus. Jam duæ nobis  
septimanæ elapsæ sunt, quod domi-  
nicæ dies ab Epiphaniâ numerari de-  
sierunt, & hodie. Quinquagesi-  
mam fasti præferunt, proximo dena-  
rii gradu ad Quadragesimam descen-  
tendem. Magni & solennis in ec-  
clesiâ jejunii nomen est Quadragesi-  
ma, quod à plurimis retrò seculis observavit Christianus orbis, in  
memoriam passionis Christi institutum, ut domandæ carnis libidi-  
nis, excitandæ sanctæ Numinis reverentiæ, defendiq; peccati no-  
stri esset disciplina. Parasceve hæc est paschalis festi, in quam  
nunc jam delati, anni, quem vix ingressi sumus, primo quadranti  
imminemus, dies illi anteriores sic retrogrado ordine numerantes,  
ut postea directo calculo Pentecosten computare solemus. Non  
est quod dubitemus, computum illum quadraginta dierum primùm  
ad imitandum mirabile Christi jejunium, quod ipsum quadraginta  
dies atque noctes tulisse Matthæus & Lucas *Cap. 4, 2.* narrant, in-  
ventum atque constitutum esse. Quam ejus rationem à Patribus  
ecclesiæ præcis laudatam quamvis Bellarminus ab hæreticis præci-  
puè rideri queritur, alia tamen est disputatio de hujus rationis pon-  
dere ad necessitatem populo imponendam, alia de veritate studii  
illorum, quibus illa ad morem suum aliis commendandum placuit.  
An tamen à tot diebus in hoc exercitio absumentis derivatum sit ab  
initio Quadragesimæ nomen, non æq; perspicuum est, cum ante-  
quam de fixâ paschalis jejunii mensurâ aliquid apud veteres lega-  
tur, multam ejus apud varias gentes variationem enarrans Socra-  
tes *l. 5. c. 22.* vehementer miretur, qui omnes, dum de numero die-  
rum dissentiunt, eodem tamen modo quadragesimam appellant.  
Dallaus igitur à quadraginta horis, quibus Christus in sepulchro ja-  
cuit, continuò quondam jejunitatis, nominis etymon arcessit, qua-  
le jejunium à nonnullis suo tempore observatum esse, Irenæus *apud*  
*Euseb. l. 5. hist. c. 24.* in Literis ad Victorem Romanæ urbis episcopum tra-  
dit,



dit, si vulgatam codicū MSS. Lectionē, quōd Henr. Valesius provocat, sequimur. Adscribemꝰ ipsa Irenæi Græca verba, antiquissimū paschali jejunio testimonium dicentia, ut certantium de illis partium litem facilius dirimamus. Ita verò ille, postquam de innoxia circa paschalem diem dissensione disseruerat: *ὅτι ἢ ἂν μόνον πρὸς τῆς ἡμέρας δεῖν ἢ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν εἶδός αὐτῆς τῆς νηστείας. οἱ μὲν γὰρ οἰοντάς μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτὴν νηστεύειν, οἱ ἢ δύο, οἱ ἢ καὶ πλείονας, οἱ ἢ πρὸς ἀράκοντα ὥρας ἡμερινάσ τε καὶ νυκτερινὰς Συμμετρῶσι τῶν ἡμέραν αὐτῶν.* Savilius & Christophorus auctoritate Ruffini nixi, textum ita distinxerunt; *οἱ ἢ πρὸς ἀράκοντα. ὥρας τε ἡμερινὰς, κτλ.* quos sequitur novissimè Bevereggius in *Vind. Cod. (ut vocat) can. prim. eccl. l. 3 c. 7.* ut doceat quadragesimale jejunium jam tunc obtinuisse. Secundum illam priorem lectionem hic sensus est: *non tantum de die pasche disputatur, sed et de forma ipsa jejunii, alii enim censent uno die jejundandum esse, alii duos, alii plures, alii quadraginta horis diurnis nocturnisq; diem suum commensurant: secundum hanc posteriorem lectionem autem, alii quadraginta dies jejunare dicuntur, horis que diurnis ac nocturnis omnes diem suum commensurare.* Mireris hanc lectionem alii, quàm quæ partium studium abripuit, placere posse, nam aut incredibile miraculum narrat, homines totis quadraginta diebus atq; noctibus continuis jejunos fuisse, aut planè abundat otiosis verbis, cum noctem diei in computo civili adjici solere cuilibet certum sit, moneri peculiariter non debuerit. Neque, si id diceretur, quod verba quidem minimè præferebant, Bevereggius tamen fingit, jejunia Christianorum comestationibus non foedari, ut apud judæos fieri solebat, ita fingi poterat Episcopus Romanus temperantiæ Christianæ ignarus, ut isto apud illum monito sibi opus esse Irenæus arbitraretur. Omnino igitur priori lectioni subscribimus, numerum quadragenarium cum horis conjungenti, nec tamen subscribimus Valesio, qui omni codicum auctoritate destitutus, solâ conjecturâ suâ, quia dies nullus 40. horis constare potest, pro voce diei vocem jejunii substituere cupit, n. p. quod alii quadraginta horis diurnis ac nocturnis commensurent jejunium suum. Quamvis enim hæc sententia vera sit, plus tamen dicit Irenæus, quod & omnino factum esse potuit, ut tot horarum jejunium pro uno die reputarent, nimirū si à tertiâ vespertinâ diei



staurofimi, quâ statio ejus soluta est, usque ad septimam matutinam paschalis festi, vel illius etiam serâ vesperâ ad hujus meridië, jejunium pasceves protraxerint, & sic toto illo sabbato magno tã sine cœnâ quàm sine prandio fuerint. Neq; est, quod obvertat Bevereggii, tã e genus jejunii apud veteres inauditum esse, cum doceat in epistolâ canonicâ Dionysius Alexandrinus, ejusmodi *ὑπερθεσιον* seu prorogationem jejuniorum suo tempore, medio seculo tertio, frequentem, & in pasceve ipsâ paschali tantum non necessariam fuisse, ne scilicet ante horam, quâ Christus resurrexisset crederetur, quicquam degustetur, idemq; de quarto seculo confirmat Epiphanius *Exposit. fid. 22. 22.* Ut autem Dallæus contra vim vocis & disertâ scriptorum verba *ὑπερθεσιον* in his locis malè explicat de simplice jejunio, ita contra Pontificii scriptores, illud unius vel paucorum dierum jejunium, de quo loquitur Irenæus, ut vim loci effugiant, malè ad *ὑπερθεσιον* trahunt, sive continuam totius quadragesimæ, ut Bellarminus, sive ultimi ejus in paschali hebdomode termini, ut Perronius & Valesius, quasi non quoties jejunatum sit, sed quantum singula jejunia prorogata fuerint, antiquissimus scriptor indicaret. Nam de eo, quod oportere putent homines, non quod suâ generositate addant, de variatione, quæ ex negligentia orta sit (cui illam disertè adscribit) non quæ ex quæsito rigore observationis, loquitur, unum, duos, non singulos, binos dies jejniis datos narrat, & continuatum 40. horis diem (ita certè inæqualiter sequentem secantibus, ut plures tales se inmediate exciperene queant) communibus aliis opponit. Jacto hoc fundamento & vindicatâ à violentis ejusmodi glossis testimonii hujus evidentiâ, facilè est nosse, qui quadragesimæ natales, qui progressus fuerint, quàmq; frustra illam Pontificii pro Apostolicâ traditione venditent. Nempe docemur ex hoc loco, quò deo tempore, circa finem scilicet seculi secundi, jejunium aliquod proximè ante paschale festum apud omnes Christiani orbis ecclesias usu receptum fuerit, sed illud & breve vulgò & variū pro cujusq; arbitrio: quemadmodū & omnis de paschate quondâ quæstio apud Euseb. cap. preced. ita & proposita & decisa legitur, ut de jejunii (nusquam vel ignoti vel intermissi) solvendi termino, non inchoandi (cujus libera erat variatio) ageretur. Non refragabor multum conjecturæ Bevereggii, qui ab ipsorum Apostolorum exemplo, quos pro summâ erga magistrum pietate diem mortis e-

jus



jus annuo luctu, ut mos judæorum tulit, transegisse probabile est, id  
 in posteros promanasse censet: quanquam quod ille addit, A-  
 postolos ut ita semper fieret jussisse, aliorum verò pium zelum ad 40.  
 dies hunc luctum extendentium dilaudasse, & si quis sequi possit,  
 commendasse, ut mera viri somnia, optimo jure eidem remittimus.  
 At, inquit ille, ipse Irenæus queritur, non rectè, quod ab initio tra-  
 ditum erat, servari apud posteros. Verùm ille non de negligentia  
 posterorum loquitur, quæ oratio planè ab ejus scopo, pacem & in-  
 dulgentiam dissensionum svaluri, aliena fuisset, sed de negligentia  
 majorum, rerum talium definitionem non curantium, his verbis:  
*atq; hæc in observando jejunio varietas non nostrâ demum ætate na-  
 ta est, sed longè antea apud majores nostros cœpit, τὸ ἄρχαῖος, ὡς εἶναι, κρατέων, qui negligentius, ut videtur, id servantes*  
 (i.e. nihil certi de eo statuentes) *simplicem ac privatam consue-  
 tudinem ad posteros transmiserunt.* Equidem quàm ignotæ fue-  
 rint seculo secundo ejusmodi traditiones, docet oborta cum Mon-  
 tano concertatio, quem ut novum doctorem hoc nomine notabat  
 Apollonius apud Eusebium *l. 5. hist. c. 18.* quòd sit ὁ ἡγεμὼν τῶν ἰουδαίων  
*ἡγεμὼν jejuniorum legislator.* Nec ille tamen nisi duas in anno  
 hebdomodas xerophagiæ, neque illas totas, imposuit sectæ suæ ho-  
 minibus, ut locuples testis est Tertullianus *adv. phys. cap. 15.* Reli-  
 qui verò Christiani, qui à Montano dissidebant, solos illos legiti-  
 mos jejuniorum dies agnoscebant, quibus ablati sunt Sponsus, ut  
 idem fatetur *cap. 2. ib.* id est, sextam & septimam feriam, quæ resur-  
 rectionis festum antecedeant, vel solam etiam parasceven, ut lo-  
 quitur *cap. 14.* quem diem paschæ vocat, *de orat. c. eod.* nos pridie  
 paschæ dicimus; de quo mortis Christi tempore responsionem  
 ejus datam discipulis Johannis Baptistæ *Matth. 9. 15.* interpretaban-  
 tur. Etenim & circa illos dies jejunatum fuisse, ex eodem Tertulli-  
 ano *cap. 13.* objicit Bevereggius, sed præterquam quòd nihil lucratur  
 pro quadagesimâ, si id de aliquibus tres vel quatuor fortè dies  
 anticipantibus ex Irenæo explicemus, ipse Tertullianus statim hæc  
 verba sua de stationibus quartæ & sextæ feriæ interpretatur, quibus ve-  
 teres omni hebdomade ad tertiam usq; pomeridianam sacras eccle-  
 siæ synaxes protraherent. Crevisse autem successu temporis  
 jejunandi rigorem etiam apud catholicos multâ populi inter-  
 se æmulatione, ex sequentis ævi scriptoribus palam est. Certè Dio-  
 nyfi-



nylius Alexandrinus quadraginta circiter post Tertullianum annis, eo loco, quem supra laudavimus, jam sex statos jejunii paschalis dies agnoscit, & centum circiter annis à Dionysio concilium Laodicenum, plures quadragesimæ hebdomadas enumerat *c. 45. & 50.* quæ ab Ambrosio *de Noë & Sara c. 13.* Hieronymo *in 3. cap. Jonæ.* Nazianzeno *in carm.* Theophilo Alexandrino, *epist. Pasch. 1.* de 40. diebus disertè exponuntur. Ceterum quia quadragesimæ nomen seculo IV. frequentissimum in scriptis anterioribus nusquam nisi apud Origenem in Leviticum occurrit, cujus & aliorum ejus viri scriptorum interpretatio Latina sola hodie superstes non satis perspectæ fidei est, & in *c. 69.* Apost. aliisque spuris scriptis, de quorum ætate certò non constat, dubium est, annon à dierum potus numero secundùm communem sententiam, quàm horarum, quod Dallæus ex Irenæo voluit, originem trahat, illosque 40. dies adulto jam aut præcipiti seculo III. studium imitandi Christi inter æmulantes mutuò ecclesias indroduxerit, fortasse & synodis quibusdam provincialibus, quarum plurium memoria periit, si non præcisè ad jejunium, tamen ad austeriorem victus disciplinam confirmatos. Nam cum in synodo Nicenâ *l. can. 5.* convocatio synodorum per omnes provincias altera ante quadragesimam institui jubetur, solennem hanc ejusdem temporis religionem ubique terrarum notam & receptam fuisse præsumitur: & Imperator Constantinus de uniformitate paschæ servandâ ex synodi hujus decreto omnes ecclesias monens, commendat illud conclusum ab indecoro contrarii, si eodem tempore alii jejunent, alii symposia celebrent, *ap. Euseb. l. 3. de vita ej. c. 18.* Sed illa quamvis sic laudata & recepta, ita tamen libera fuit observatio, ut non tantùm pro locorum discrimine variaverint jejunii tempora, dum Romani tres, Græci & Egyptii sex septimanas, Constantinopolitani septem continuas, alii sparsos quindecim dies jejunarunt, teste Socrate *l. 1. c. 22.* & Sozomeno *l. 7. c. 19.* sed & in eadem ecclesiâ libertati suæ relictis homines alii plus alii minùs devoti esse studuerunt, ut Chrysost. *hom. 8. ad pop. Antioch.* docet. Communissima quidem fuit quadragesimæ in sex septimanas computatio, quæ etsi exacto calculo 42. diebus constant, rotundi tamen numeri nomen Dominicæ, quæ hanc, quâ hæc proponimus, proximè sequetur, imposuerunt. At omnium dierum non fuerunt esuriales feriæ. Leo M. *serm. 4. de Quadrages.*



*drag.* secundæ, quartæ & sextæ feriæ tantum, i. e. trium quavis hebdomade dierum jejunium exposcit. Augustinus *ep. 118. ad Januar. 86. ad Casul.* testatur, Romæ quintâ feriâ levari laxariq; solitum esse jejunandi rigorem, idque in honorem cœnæ Dominicæ vel ascensionis, si Alcuino credim9, quod ne in ultimâ septimanâ fieret, peculiariter inhibuerat *c. 50. Laod.* & in urbe demum seculo VIII. Gregorius II. testibus Anastasio & Luitprando correxit. Dies dominicus semper & ubique à luctu & squalore hujus jejunii immunis fuit, nec minùs sabbatum omne præter unum paschale apud Græcos *juxta Epiph. expos. f. d. l. c. 66. Apost.* quamvis Romani id illi semper subjecerint, ne quicquam propterea à concilio Trullano *c. 55.* reprehensi. Hinc factum est tandem, ut urgente sacri numeri religione, quantum illi per hæc ferias non jejunatas decederet, tantum quadragesimæ anteriùs apponeretur, ut complerentur quæsita jejunia. Sed cum in hac jejunandi inæqualitate certa ubique & eximia quædam dominicorum dierum exceptio esset, qui reliquus erat triginta sex dierum numerus, novæ speculationi occasionem dedit, quòd in illis decimæ totius anni (cuius np. 365. diès sunt) solvantur Deo, ceu apud Gregorium M. Cassianum, Dorotheum, Eligium & Isidorum legere licet. Itaque non tam de 40. quam de 36. diebus jejuniorum complendis solliciti, qui præter diem Dominicum etiâ sive Sabbato sive quintâ feriâ prandebant, unâ hebdomade quadragesimam anticipabant, quæ quòd septima ante pascha esset, à septenario in se ipsum ducto quinquagesimæ nomen invenit. *idcirco enim, inquit Durandus, placuit sanctis Patribus addere octavam hebdomadem in redemptionem quintarum feriarum:* Qui verò utràque feriâ quintâ & septimâ sive Sabbati prandebant, occupatis duabus aliis hebdomadibus ad Septuagesimam rotundâ progressus gradatione ascendebant, ut qui sexies bini è quadragesimâ intercederant dies, in ter quaternis novarum hebdomadam vicissim reperirentur. vid. inter Ambrosianos sermo XXII. quanquam illum Ambrosii non esse, ut nec pleriq; alii sunt, satis patet. Hoc quam privatim initio institutum fuisse videatur, imitatione tamen ita serpsit, ut in utràque tam orientali quàm occidentali ecclesiâ illa publicè perstet Dominicarum denominatio. Inrerim Græci, qui solum Sabbati prandium jejunii exemptionem compensant, à quinquagesimâ rigorosam jejunationem ordiuntur, in sexagesi-  
ma



inā aliquid ejus præambulum in abſtinentiā à carnibus inſtituunt, quā propterea dominicam *in die doroꝝ* seu carnisprivii vocant, in ſeptuageſimā verò ſine omni demenſi deminuatione, imo plus quam aliàs ſibi indulgentes, tantum *ωροσμων* ſeu indictionem futuri jejunii faciunt. vid. *Smib de Græca eccleſ. ſtat. p. 21.* In occidente autem ſeculo VI. Gothorum à Græcis hauſti mores paulatim ad Romanam formam redigebantur, mandata ſabbatorum cum reliquis diebus exæquatione, & illorum per quinquageſimam compenſatione interdicta. Quā de re extat *c. 2. Aurel. IV. Neq; quinquageſima aut ſexageſima ante paſcha quilibet ſacerdos præſumat indicere: ſed neque per ſabbata abſq; infirmitate quiſquam ſolvat quadrageſima jejunia, niſi tantum die dominico prandeat.* Atque ita prioribus terminis quadrageſima reſtituta eſt. Sed quia iterum 36. dierum myſterium abſtinentiæ ſacrorum paulatim minùs placere cœpit, quàm illud, quod in quadrageſimæ vocabulo ineſt, novum denovo illis 4. dierum augmentum ſeculo circiter VIII. excogitatum eſt, quod Gratianus *c. quadrageſima. diſt. 5. de Conſecr.* his verbis quaſi ex Gregorii M. homiliā proponit: *Sed ut ſacer numerus 40. dierum adimpleatur, quem Salvator noſter ſuo ſacro jejunio conſecravit, quatuor dies prioris hebdomada ad ſupplementum 40. dierum tolluntur, id eſt quarta feria, que caput jejunii ſubnotatur, & quinta feria ſequens & ſexta & ſabbatum.* Niſi enim iſtos dies quatuor ſuperioribus triginta ſex adjunxerimus, quadraginta dies in abſtinentiā non habemus. Verba hæc homiliæ Gregorianæ alienā manu aſſuta fuiſſe, quæ pro genuinis arripuit Gratianus, nemo dubitat, non tantum ob vulgatas Gregorii editiones, ſed & alios ipſo Gregorio juniores ſcriptores, qui additios hos dies nec dū agnoverunt, quippe quorum in Amalario Fortunato & Meldenſi ac Sueſſionenſi Synodis demum mentio occurrit. Ab eo tempore hic ſemper mos in Rom. eccleſiā ſervatus eſt, ut quartā poſt quinquageſimæ dominicam die quadrageſimam ordirentur, qui propterea *caput jejunii*, & à ſolemni ceremoniā ſparſi ad pœnitentiæ ſignificationē ceteris in caput populi procumbentis, *dies cinerum*, nobis *Aſchermitwochen* appellatur. Ipſa autem jejunandi ratio ſatis aſpera apud veteres fuit, hodieq; apud Græcos eſt: præterquam enim, quod ad uſque vespèram ſine cibo & potu manſerunt, & cum illo reficiebantur tandem, tenuiter admodum vixerunt, à carne & vino omni illo tempore



pore abstinentes. Id quod de ultimâ passionis dominicæ hebdo-  
 made præcipuè docet Epiphanius, quod *illis sex diebus populus assue-*  
*verit in xerophagiâ, sive arido victu transigere, hoc est, pane tantum, sa-*  
*le & aquâ sub vesperam uti.* de totâ verò quadragesimâ jubet c. 5. Laod.  
 Xerophagia è Montani scholâ nomen est, *siccantis cibum ab omni*  
*carne & ab omni jarulentiâ, & uvidioribus quibusq; pomis, ne quid vinosi-*  
*tatis vel edatur vel bibatur,* ut illam describit Tertullianus citato su-  
 perius adversus psychicos libro. Latine verti posset *comestio arido-*  
*rum*, cujus quamvis tunc apud orthodoxos Christianos apologiâ  
 opus fuerit, postea tamen tanto cum probubio recepta est imita-  
 tio, ut certatim alter alterum rigore superare contenderet. Un-  
 de Augustinus narrat l. 3. cont. Faustum c. 5. fuisse, qui per quadrage-  
 simam non solum à carnibus, sed etiam à quibusdam terræ fructi-  
 bus abstinere. At Latini Pontificii paulatim de rigore majorum  
 remiserant, ita ut cum ad Bernardi usq; tempora, ceu patet ex ejus  
*serm. 3. de quadr.* id est seculū XII. jejunia ad vesperâ continuaverint  
 omnes, reges, principes, clerus, populus, seculo sequente XIII. cum  
 viveret Thomas Aquinas, jam ad nonam diei horam, seu tertiam  
 vespertinam juxta nostrum horologium, retraxerint cibi capiendi  
 licentiam, quod ille sic rectè fieri pro acumine suo subtiliter admo-  
 dum definit 2. 2. q. 147. art. 7. & deinceps porro ad ipsam meridiem  
 & opposita apud omnes Patres jejuniis prandia. Unde Bellarminus  
*lib. 2. de bon. op. cap. 2.* fatetur ecclesiæ suæ morem esse, jejunium  
 solvere horâ sextâ & vesperi cœnulam sumere. Scilicet ita ferè  
 jejunamus omnes quotidie, quotquot ientaculo non affve-  
 vimus: & apertè patet jejunia omnia publica è Pontificiis ecclesiis  
 penitus exterminata esse, neque sub hoc gravi & austero nomine  
 nisi ciborum quorundam, carnis scilicet, & alicubi ovorum quo-  
 que ac lacticiini abstinentiâ contineri: dumq; mullos & acipenseris  
 omnesq; piscium divitias sibi indulgent, & generosissimi vini hau-  
 stum, quadragesimâ sibi lautas delicias fecerunt antistites & magna-  
 tes, crucem tantum misero popello, qui ex hyberno lardo vivere  
 assuetus, à cupediis piscium atque aromatum sibi comparandis pau-  
 pertate, à vulgaribus cibis legum & canonum duritie prohibetur.  
 Coguntur quandoq; hujus mollitiei causam dicere apud Græcos  
 hoc etiam accusationis caput formantes, ut videre licet in Manuèle  
 Calecâ l. 3. cont. Græc. p. 338. & ibidem Stevartio p. 462. quin & ne absq;  
 ratione jejunia videantur in prandia comutasse, excogitatus rei  
 color est, ut in horâ sextâ principiū nonæ esse fingerent, cumq; cœ-

B

nandi



nandi tempus apud veteres ex officio ecclesie vespertino aestimaretur, vesperam in meridie canerent; quod hodieq; quodammodo apud nos servatur, cum hymnū; *O lux beata Trinitas*; primā vel secundā pomeridianā modulamur. Nobis ut illa hypocrisis vehementer displicet, quā aliis onus imponunt, qui ipsi id non attingunt, quā omnem hesterni brodii in atro pane madorem, aut duratā fumo carnis frustulum acri censurā plectunt, qui ebrietatem, perjuriam, adulteria &c. patientius ferre possunt, veramq; pietatis Christianae perfectionē & pœnitentiæ exercitium in cibi divinitus concessi fugā ponunt, ita & impudens illusio meritō ridetur, quā se Christi, Moysi & Eliæ jeiunia imitari stolidē gloriuntur, cum multis ferculis variatas hortorum fluviorumq; copias prandent. Laudamus magis Græcos, qui dum traditionum suarum superstitioni sunt, vera interim rerum vocabula retinent, & quæ præ se ferunt jeiunia, reapse præstant. Interim prisca ætas etiam post latas jeiuniorum leges rectius de illorum pondere ac necessitate sensit. Egregium est monitum Cyrilli Hierosolymitani *catech. 4. illum. Ne despicias eos qui vescuntur, & ob corporum imbecillitatem cibum capiunt, neq; culpes, qui paucō vino utuntur propter stomachum & crebras infirmitates, neq; carnes ut alienas oderis.* Nec minū rectē cavet seculo V. sive Prosper sive Julianus Pomerius *de vita contempl. cap. 24. Sic abstinere vel jejunare debemus, ut nos non jejunandi vel abstinendi necessitati subdamus & iterū: ipsi verō catholici Christiani, qui sive non valendo abstinere sive nolendo, omnia usui nostro concessa, cum gratiarum actione percipiunt, nos non propter abstinentiā præferamus.* Servamus & nos pristinam quadragesimæ memoriā atq; reverentiā, sed ita ut mentem magis ad passionis atq; mortis Christi considerationem sanctam atq; piā excitemus, quā in esuriendi prandendive legibus defigamus. Laudamus sanē jeiuniorū diligentiam, utilemq; agnoscimus pro debellandā animi ferociā carnisq; libidine. Curantur enim adversis adversa, nec facilius inflexa ad latus vimina redixeris, quam si eadem ad alteram partem vi quādam inclines: ita præstaret, tantum se vini atq; epularum carenæ damnare, quantum crapulā atq; ingluvie suffarcinatus hactenus peccaveris, ut sic in abjectis vitiorum illecebris atq; instrumentis ipsa tandem vitia & peccandi consuetudo exola fierent. Sed jeiunia sic jam publicē à Pontificiis ipsis exterminata invenimus, ut nihil illorū reliqui fecerint, quod sine superstitione retineri posset. Itaq; re ad antiquos terminos redactā, quos Irenæus nobis delineat, die staurolimo quidem publicam



publicam observamus luctus disciplinam, reliquis libertati cuiusq;  
 relictis. Optamusq; ita vivere homines sobriè ut non hoc tantum  
 tempore, sed in omni vitâ perpetua jeiunia agere videantur. Sanctam  
 verò cupimus indicimusq; hodie quadragesimam, quæ omni  
 morum innocentia, non solâ victus parlimonia comendetur. *Quid  
 enim prodest quærere liceat cum Chrylostomo, si destituti rectè factis je-  
 iunium transegerimus? Si alius dicat, totam jejunavi quadragesimam:  
 sic dico, inimicum habui & conciliatus sum, habebam obrestandi mo-  
 rē & destiti, habebam jurandi consuetudinem, & morē improbum correxi.*  
 Bene sanè, lucrum quadragesimæ optimū fuerit, si tantum nos mor-  
 ribus emendaverit, sed melius etiam atq; præstantius erit, si amorem  
 & imitationem omnem crucifixi pro mundo Christi cum verâ fide  
 nobis penitus impresserit. Ad has meditationes nostras instituta  
 quadragesima non à cinerum (qui dicitur) die, sed ab ipsâ hac domi-  
 nicâ quodammodo initium habet, sanctisq; legibus munita &  
 passionis Christi historiâ in templis resonat, & ad instar *c. 52. Laodi-  
 ceni* nuptiarū chorearumq; strepitus, tanquam ab huius studii sacro  
 silentio alienas, futuris hebdomadibus interdicat. Sed dum in ipso  
 hoc ejus limine consistimus, peculiaris nobis removenus interdi-  
 cendusq; strepitus est, quem deliciae Italicae invenerunt, & prona ad  
 ejusmodi illecebras hominū ingenia in omnes alias Europæ partes  
 derivarunt. Cum n. severitatē morum, quam à dominicis adventus  
 Domini ad usq; resurrectionis festū tota fere hyems requirit, impa-  
 tientiùs ferret populus, illud intervallum, quod inter Epiphaniam &  
 carnis privium interjacet, cum nullis religionis ceremoniis adstrictū  
 viderent, sibi dari rati sunt, ad omnem conviviorum, scenarum atq;  
 ludorum hilaritatem, toto reliquo tempore repressam, uno impetu  
 effundendam. Atq; ut indulgendo crescit licentia, ita passim fœdis  
 barbarisq; gulæ & crapulæ vitiis grassari cū senibus juvenes cœperunt,  
 ut quasi Circæâ arte mutati jâ non Christianâ plebem, sed canes, sues,  
 & petulcum hircorum gregem lascivire crederes. Graviter Basilius  
 oborturum jam suo tempore tale vitium perstringit, *or. ar. 1. de jej. Ne  
 se ad jejunium introducat ebrietas, non est per temulentiam aditus ad je-  
 junium, quem admodum nec ad justitiam iter est per fraudationem, nec  
 ad sobrietatem per lasciviam, nec (ut verbo dicam) per malitiam ad virtu-  
 tem. aliud ostium est ad jejunium: ebrietas ad lasciviam inducit, ad jeju-  
 niam frugalitas: athleta ante certamen exercetur, jeiunator temperan-  
 tiâ preparatur. Nec velut ulciscens jeiunii dies, nec velut fraude circum-  
 venturus legis auctorem, in hoc quinq; dies crapulam reponit.* Scilicet mi-  
 feri




ferimortales, non sponte sed coactè prohi, hac luxuriæ occupatio-  
ne futura jeunia vel victûs etiã tenuitatem compenlare voluerunt,  
quodq; propius instabat imperatæ temperantiæ initium, eò effusius  
debaçchantes turpissimã parasveve pœnitentiæ suæ initiabantur.  
Unde factum ut vigiliæ jeuniorum *Sassetabend*/ quæ in diem abhinc  
perendinum incidunt, invidiosum apud nos & ferè turpissimũ no-  
men factæ sint, quarum licentiam, post extinctam sequentis diei re-  
verentiã ac solemniam, ad usq; totius hebdomadis finẽ plebs nostra  
protendit. *Carnevale* Itali appellant hos geniales dies, contractâ vo-  
ce quasi *carnelevamen*, vel carnis levamen, quo non in seculi XI.  
scriptoribus appellatur. Recentiores Philologi autẽ, qui veteris Rom.  
reip. mores cum nostris componere, & prisca vocabula hodie-  
ris rebus aptare amant, Bacchanalia vocant, quòd Bacchi festum nõ  
absimili quondam lascivientis populi furore agitatum in idem fere  
anni tempus inciderit. Quæ res ita multis religiosius Deum colenti-  
bus scrupulum posuit, ut animis anxii neq; panem calidum lacte di-  
lutum, quẽ majores ob interdictas carnes (credo) ut peculiare hujus  
temporis edulium parare siveverunt, edere sustinerent, ne aliquibus  
fortè Bacchi sacris contaminarentur. Non putaverim quidem ab  
ethnicis illis ludis has populi nostri festivitates descendere, dolemus  
tamen meritò, quòd ita corruptis vivatur morib; apud Christianos,  
ut obscœnissimorum ejusmodi sacrorũ in nostris feriis videantur  
imagines. Sed & laudanda est magistratum diligentia ac justus ze-  
lus, qui admoniti hujus dedecoris passim cohibuere legibus & acri-  
ore pœnã effrænem licentiam, ita ut multum jam remiserit furor ab  
eo, qui patrum nostrorum memoriã fuit. Verum n. verò non sufficit  
ad verã laudem, malũ non esse, oportet ut boni esse studeamus: qui  
vitia oderit, virtutẽ amare debet, qui Bacchi fociis accenseri non vult,  
Christi sibi crucem familiarẽ reddere annitatur. Intuemini imagi-  
nem ejus ex historiã Evangelicã de sacris nunc suggestibus prælectã,  
causam & fructũ acerbæ passionis ex S. literis auditis explicari, date  
operam ut hic fruct; & in vobis augetur: orate Deum precibus assi-  
duis, deflete quæ perperã admisistis, amore tanti Salvatoris incen-  
damini, vestigia sequamini, virtutes inquam ad quos Spirit, S. ducit,  
patientiam injuriæ ab ejus exemplo, nostrã causã tam dura passi, addi-  
scite. Agite, si quid amor Christi & reverentia antiquitatis potest,  
quæ hos nobis terminos sanctioris vitæ posuit, estote ita ad pœni-  
tentiam comoti atq; ad virtutem alacres, ut dignam vocatione ve-  
strã & nomine illo quadragesimã agatis. P. P. Sub Sigillo Rector ali

*Dom. Quingagesima d. 26. Februarii, Anno 1688.*












publicam observamus iustis disciplinam, reliqua  
 relictis. Optamusq; ita vivere homines sobrie u  
 tempore, sed in omni vita perpetua jeinia agere  
 etiam vero cupimus indicimusq; hodie quadrages  
 morum innocentia, non sola victus parsimonia c  
 enim prodest quærere liceat cum Chryostomo, si de  
 junium transegerimus? Si alius dicat, totam jejun  
 sic dicito, inimicum habui & conciliatus sum, habeb  
 re & desisti, habebam jurandi consuetudinem, & mor  
 Bene sanè, lucrum quadragesimæ optimū fuerit,  
 ribus emendaverit, sed melius etiam atq; præstant  
 & imitationem omnem crucifixi pro mundo Ch  
 nobis penitus impresserit. Ad has meditatione  
 quadragesima non à cinerum (qui dicitur) die, sed  
 nicā quodammodo initium habet, sanctisq;  
 passionis Christi historiā in templis resonat, & ac  
 ceni nuptiarū chorearumq; strepitus, tanquam ab  
 silentio alienas, futuris hebdomadibus interdicat.  
 hoc ejus limine consistimus, peculiaris nobis ren  
 cendusq; strepitus est, quem delicia Italica inven  
 ejusmodi illecebras hominū ingenia in omnes ab  
 derivarunt. Cum n. severitatē morum, quam à de  
 Domini ad usq; resurrectionis festū tota fere hye  
 tientiūs ferret populus, illud intervallum, quod in  
 carnis primum interjacet, cum nullis religionis cer  
 viderent, sibi dari rati sunt, ad omnem convivi  
 ludorum hilaritatem, toto reliquo tempore repre  
 effundendam Atq; ut indulgendo crescit licentia  
 barbarisq; gulæ & crapulæ vitis grassari cū senib;  
 ut quasi Circæ arte mutati jã non Christianā plebe  
 & petulcum hircorum gregem lascivire crederes.  
 oborturum jam suo tempore tale vitium per string  
 te ad jejunium introducat ebrietas, non est per temule  
 junium, quem admodum nec ad justitiam iter est per d  
 ad sobrietatem per lasciviam, nec (ut verbo dicam) per  
 tem. aliud ostium est ad jejunium: ebrietas ad lascivia  
 niam frugalitas: atbleta ante certamen exercetur, je  
 tiã preparatur. Nec velut ulciscens jejunii dies, nec ve  
 venturus legis auctorem, in hos quinq; dies crapulam r



jusq;  
 tum  
 San-  
 mni  
 Quid  
 is je-  
 nam:  
 mo-  
 rexi,  
 mo-  
 rem  
 fide  
 tuta  
 omi-  
 ita &  
 odi-  
 acro  
 ipso  
 erdi-  
 na ad  
 artes  
 ntus  
 mpa-  
 m &  
 rictū  
 atq;  
 petu  
 ædis  
 unt,  
 fues,  
 filius  
 j. Ne  
 ad je-  
 , nec  
 iru-  
 jeiu-  
 ran-  
 cum-  
 t mi-  
 feri